

SECTIO XVI.

DE

SPECIEBUS MEDICAMENTO-
RUM EXTERNORUM.

§. 610.

Quid medicamenta externa sint, iam dictum fuit §. 287. et aequae ac internae, sunt vel fluida, vel non fluida, et haec vel sicca siue solida, vel mollia.

De summa medicamentorum externo-
rum di-
uisione.
Quid sit
epithe-
ma.

§. 621.

Medicamentum externum, quod applicatur imponendo, dicitur *topicum*, siue *epithema*.

§. 622.

Si medicamentum fluidum corporis superficiem externam totam immediate sub forma fluida alluit, dicitur *balneum vniuersale* et quidem *humidum*; *particulare* vero *balneum humidum*, si superficiem corporis partem tantum ambit.

Definitio
balnei
humidi
vniuersa-
lis et
particu-
laris.

§. 623.

Balneum humidum particulare, prout variis partibus applicatur, varia accipit nomina. Sic balneum humidum particulare, si dimidia tantum corporis regioni, a scrobiculo cordis, vel ab umbilico usque ad imos pedes exporrectae, applicatur, *semicupium*, *inseffus*; si pedibus, *pediluuium*; si capiti, *capitulu-
vium*; si manibus, *maniluuium* vocatur.

De variis
specie-
bus bal-
neorum
humido-
rum par-
ticula-
rium.

§. 624.

§. 624.

Quid sit
embro-
che, stil-
licidium.

Si medicamentum fluidum ex alto gutta-
tim, vel continente riuulo in partem corporis
delabitur, dicitur *embroche*, *stillicidium*, *im-
pluuium*. Veteres hoc vfi fuerunt medica-
mento, eiusque vsus hodiè fere exoleuit.

§. 625.

Defini-
tio bal-
nei va-
porosi.

Medicamentum externum fluidum sub va-
porum, in quos resolutum est, forma imme-
diate ad totam corporis superficiem externam
applicatum, dicitur *balneum vaporosum uni-
versale*, *vaporatio humida vniuersalis*; et *parti-
culare*, si partem superficièi externae tantum
ambit. Varias huius balnei causa inuentae
sunt domunculae, sellae, arcae, machinae
fornicatae, intra quas aegrum stantem, seden-
tem, iacentem, corpore nudo, vel tenui lintea-
mine tecto, capite foras porrecto, coërcitus
ambit vapor, qui proficiscitur a liquido vel
accenso, v. g. spiritu vini; vel feruente, dum
id igne adhuc bulliens in loculum reponitur
aptum, eique aliud feruescens substituitur,
vel silicibus candefactis superfunditur, vel
hi in illud coniiciuntur. Pertinet huc cista
illa, quae *stupa Laconica*, germanice *des
Schwîßkasten*, adpellatur.

§. 626.

Quid sit
suffitus.

Si medicamenti sicci vapores ad corporis
superficiem externam admittuntur, dicitur
suffitus.

§. 627

§. 627.

Epithema pro varia, qua gaudet, consi- De diffe-
stentia, in varias diuiditur species. Si eius rentiis
consistentia est liquida, vocatur *epithema* epithe-
liquidum; *siccum*, si eius consistentia est sicca matis.
pulueris instar, et *cataplasma*, *puls*, *malagma*,
si eius consistentia mollis pulmentaris. *Ca-*
taplasma igitur est epithema molle, pultiforme,
mediae inter vnguentum et emplastrum
consistentiae, calore non colliquefens. Hoc
paratur iterum coctionis ope, vel sine hac.
Illud appellatur *coctum*, hoc *crudum*.

§. 628.

Si medicamentum liquidum ope siphonis De inie-
externe ad partem applicatur, dicitur *iniectio*, ctione et
enema, quod in specie audit *clyster*; *clyisma*, clystere.
si liquidum in intestinum rectum iniicitur.

§. 629.

Puluis, qui superficiei corporis externae Quid sit
inspergendo applicatur, dicitur *adsperso*. adspers-
go.

§. 630.

Medicamentum externum, in frigore so- De em-
lidum, non tamen friabile, calore liquefscens, plaastro,
ductile, glutinosum, quod super idoneo ve- cerato,
hiculo extensum partibus corporis externis vnguen-
imponi potest, dicitur *emplastrum*; et *dropax*, to, lini-
seu *picatio*, si picem pro basi habet; *spara-* mento et
drapum, *tela emplastica*, si eo vehiculum balsamo-
vtrique est obductum. Id vero medica- odorato.
men-

mentum externum, quod emplastro mollius et mediae fere inter emplastrum et vnguentum spissitudinis est, dicitur *ceratum*, *cerotum*, *cerelaenum*; si cerato mollius, ad mel vel electuarium ratione consistentiae accedit, et vel illitum, vel vehiculi interuentu, externae corporis superficiei adplicatur, *vnguentum*, atque illa vnguenti species, ex olidioribus, spissiore pingui exceptis, constans et inunctioni seruiens, *balsamum odoratum*. Id denique medicamentum, quod vnguento mollius et mediae fere inter oleum et vnguentum spissitudinis atque illitu efficax est, audit *linimentum*.

§. 631.

De epispasticis eorumque differentis.

Illamedicamenta externa, quae deriuant liquida in partem, cui applicantur, dicuntur *epispastica*. Haec, si ruborem tantum inducunt, audiunt *rubefacientia*; si velicas excitant, *vesicatoria*. Si pice vt basi constant, *dropaces*, et si sinapi recipiunt, *sinapismi* nominantur.

§. 632.

De fricio.

Fricium, seu *fricatorium*, appellatur id medicamentum, quo superficies corporis externa fricatur. Est vel siccum, vel molle, vel liquidum.

§. 633.

De frontali, collyrio et nasali.

Medicamenta externa pro partium, quibus applicantur, varietate varia sortiuntur nomina.

mina. Sic medicamentum externum audit *frontale*, quod fronti et temporibus applicatur, *collyrium*, quod oculis extrinsecus applicatur, *nasale*, quod naribus admouetur.

§. 634.

Nasalia, quatenus olfactus organon afficiunt, dicuntur *odoramenta*, et quatenus ster-
 nutationem producant, *errhina*. De odo-
 ramentis et errhi-
 nis.

§. 635.

Medicamenta, quae oris partibus inter-
 nis applicantur, vocantur *stomatica*. Stoma-
 ticum vero, quod dentium et gingivarum
 vitiis medetur, audit *dentifricium*; quod sali-
 vam et mucum oris elicit, *apophlegmatismus*;
 et quod oris, maxime faucium cauo colluen-
 do inseruit, *gargarisma*. De denti-
 friciis, a-
 pophleg-
 matismis
 et garga-
 rismati-
 bus.

§. 636.

Medicamentum externum plus minus so-
 lidum, variae figurae, vt rotundum, ex tereti
 oblongum, globuli, conuli, vel glandis for-
 ma, quod ano intruditur, dicitur *supposito-
 rium*, *glans*, *balanus*, *nodulus intestinalis*. De sup-
 posito-
 riis.

SECTIO XVII.

DE

FORMVLA EMPLASTRI.

§. 637.

In emplastro laudatur primo consistentia in Quae-
 frigore sicca, digitos non inquinans, dein nam in
 (Pars II. de form. in specie.) Dd de empla-